

128 Item adde, quod testes inhabiles, qui plures patiuntur defectus, etiam quod veritas aliter haberi non possit, non admittuntur, & eorum depositiones annihilantur, Socin. conf. 118. vol. 1. Barbat. conf. 65. vol. 4. Marf. conf. 102. & sing. 385. vbi dicit, quod si testis laborat aliquo defectu, non repellitur in totum, sed si plura contra eum laborant, in totum repellitur, Grat. conf. 59. volum. 2. Gram. conf. 45. num. 32. & voto 34. num. 8. Paris. conf. 2. num. 85. vol. 4. Roland. conf. 24. nu. 61. & col. 73. numer. 24. vol. 1. Syluan. conf. 81. num. 15. Bursat. conf. 70. volum. 3. Ceph. conf. 65. Riminali. conf. 113. 644. & 571. Ioannes Turci. conf. 81. num. 65. inter consil. crim. diuers. tom. 2. vbi dicit, quod potest verificari in duobus defectibus tantum, & quod ista regula, vt testes inhabiles admittantur, quando veritas aliter haberi non possit, limitatur, vbi testes patiuntur plures defectus, & communem tradit Soarez. in versicul. testis inhabilis, num. 217. Bursat. conf. 275. & Bertaz. conf. 3. numer. 32. dicit, quod omnium consensu tales testes nullam faciunt presumptionem, nec etiam cum tortura, vt per Bursat. confil. 192. volum. 2. quia tortura tollit vnicam inhabilitatem, & non plures, Crau. confil. 6. num. 54. & hoc procedit etiam, quando de iure communi, statuto, vel consuetudine in aliquo casu socij criminis admitterentur, quia intelligendum est de socio criminis, alias non infami ex alio delicto, Grammat. con. 38. Marf. conf. 74. numer. 23. Paris. conf. 53. numer. 36. volum. 4. Bursat. vbi supra num. 20. quo casu nec ad inquirendum sufficiuntur, vt per eundem Bursat. conf. 275. numer. 19. volum. 3. & confil. 96. numer. 15. vol. 1. quem refert, & sequitur Mascard. de probat. conclus. 1311. numer. 41. & 42. nec etiam admittuntur in criminibus exceptis, Ceph. confil. 204. Nat. confil. 268. numer. 6. & Mascard. conclus. 1359. per totam, vbi dicit, quod licet iura vulnerint testes alios inhabiles admittendos esse in crimine heresis, læsæ maiestatis, latrocinij, simoniæ conuersionis, & in alijs exceptis, & atrocibus, in quibus, aliter veritas haberi non possit, tamen si tales testes plures defectus patientur, infames, & domestici omnino repelluntur, & idem in crimine læsæ maiestatis esse reijciendos consiluit Crauett. in dict. confil. 6. in crimine falsæ monetæ, Marf. in dict. confil. 74. in crimine falsi, Roland. d. conf. 16. volum. 1. in crimine stupri violenti, Riminali. confil. 571. & in crimine sodomie, idem Mascard. in conclus. 1313. numer. 12. & 13. concludit socium criminis alij defectibus laborantem, nunquam admittendum, per ea, quæ consiluit, Marf. confil. 28. & Paris. confil. 163. volum. 4. & prædicti testes ab alijs suppleti non possunt, cum eorum depositiones sint profus annullata, & perinde, ac si examinati non fuissent, iuxta not. per Abb. & alios in cap. ex parte de testi. & Roland. in dict. confil. 68. numer. 52. volum. 4. ubi enim testis esset omnino inhabilis, eius testimonium suppleri non potest, Crauett. confil. 42. volum. 5. & conf. 172. numer. 2. & in tract. de antiqui. temp. numer. 257. in 1. parte, nec etiam per numerum testimonij, quia quod est nullum, suppleri non potest, Crauett. conf. 99. numer. 10. testis de iure suppletur ex integritate alterius testis, quando defectus in totum non annullat testimonium, sed debilitat, vt per Crauett. confil. 6. numer. 12. Nec dicatur, quod tales testes cum tortura admittuntur, vt per Boff. in tit. de indicij. numer. 176. Clar. supra in quaest. 21. uers. Scias tamen, nam impugnantur per Roland. in conf. 94.

bitu potest veritas delicti aliter haberi. Et (secundum eum) non sufficit, quod non adessent alij testes, sed opus est etiam, quod adese non potuissent. Et hoc reputat singulare. Marf. singul. 73. vbi ait hoc esse menti tenendum, quia quotidie occurrit de facto: & quod ipse alias fecit reprobare plures testes minus idoneos: quem post alios refert, & sequitur Roland. confil. 24. numer. 67. lib. 1. Sed certe apud nos vidi plures seruari contrarium, & iudicio meo melius: nam ratio propter quam Doctores mouentur, quæ est difficultas probationis, ita militat quando certum est alios non adfuisse.

numer. 21. & 98. numer. 19. uolum. 4. & Bertaz. in conf. 225. numer. 19. sed quicquid sit de iure, ueritas est, quod consuetudo seruat, ut omnes testes cum tortura admittantur, etiam quod mille defectus paterentur, alias raro dictum socij criminis indicium faceret, quia pauci sunt socij criminis, qui pluribus defectibus non sint notati, & sic delicta remaneret impunita. Ego tamen arbitror, quod tales, testes cum sint magis infames, maiori tortura sint afficiendi ad eorum dicta conualidandum. Baiard. o Marf. sing. 73.] Adde eundem Marf. rubr. de fideiul. num. 369. Drogh. p Roland.] Adde, quod sequuntur & etiam multi alij, quos recensui in consil. syndica. num. 82. cum seqq. & est commune: uide ibi; & illud consilium repetitur sup. in fine pract. Ciuil. Gaich. q. Et idem in huiusmodi casibus.] Contrarium quod imò dicta talij testimonium ualeant, quod ad Indicia, licet non quod ad probationes tenuit Andr. Alc. Tract. de præsumpt. regul. 1. præsumpt. 39. in fin. Quid autem si fiscus dicat alios testes quam sic inhabiles haberi non posse, cui tunc incumbat onus probandi, uide Arelat. in addit. ad Alc. in dict. Tract. regul. 1. præsumpt. 47. ibi idem, quia inhabiles, uide Plot. in leg. si quando §. 4. numer. 24. Cod. unde ui, Marf. in sua pract. crimin. §. diligenter numer. 84. Alexand. confil. 64. per totum uol. 1. Drogh. Et idem.] Nisi alij defectus opponantur, Vulpell. conf. 99. in fin. Grammat. conf. 45. num. 17. in crimin. & seq. uel quando ceteri fuerunt examinati, idem Vulpell. respons. 125. numer. 7. 129 Item scias, quod isti omnes,] Adde, quod licet huiusmodi testes admittantur ad defensionem, non admittuntur ad probationem testimonij, cum sit materia odiosa, Bald. & Salic. in l. parentes, C. de testib. Gram. in conf. 32. nu. 12. & decil. 34. num. 14. & ibi num. 18. dicit, quod licet non repellantur, quod tamen non sunt integri testes, & quod quando testis consanguineus se offert, omnino repellitur, Aret. in cap. uenient, l. 2. de testi. & Boff. de opposit. contra testes num. 62. & quod innocentia inquisiti, siue accusati possit probari per testes consanguineos, affines, coniunctos, domesticos, familiares, & alios inhabiles, & non idoneos, uide omnino Mascard. de 131 probat. concl. 904. ubi ponit quod multas amplationes, & limitationes, & quod frater etiam admittatur quod ad probandam innocentiam fratris, est magis communis opin. ut ibi num. 4. & per Gabr. com. concl. lib. 7. tit. de criminalib. concl. 22. & omnes prædicti admittuntur ad probandam innocentiam accusati, nisi contra eos essent alij testes, Gram. in decil. 34. nu. 14. & Vni. opin. 960. num. 10. dicit etiam Fely. in cap. litteras de præsumpt. uers. quintus casus, quod forte consanguinei non possunt prodici in causis criminalibus consanguineorum ad defensionem, ubi in causa esset accusator, quia tunc nec dum ageretur de præiudicio fisci, sed etiam partis, quod est præiudicium maximum & Fely. refert Gram. in consil. 22. num. 13. in fin. sed ego credo, quod possent examinari iuxta declarationem per Dn. Clarum hic positam, quod remitteretur arbitrio iudicis, an probarent. 133 Item adde, quod socius criminis non admittitur in testimonium ad defensionem sociorum, licet inhabiles admittantur, secundum Bald. in leg. quoniam liberi, numer. 2. Cod. de testib. Campeg. in suo tract. de testib. regul. 86. & 87. & late Mascard.

Mascard. de probat. conclus. 1311. & 1357. volum. 3. sed uide etiam Ceph. in consil. 75. numer. 49. & Bertaz. consil. 538. volum. 1. qui contrarium tenuerunt, quando aliter veritas haberi non possit. Sed ego arbitror, hoc relinquendum esse arbitrio iudicis. Baiard. f. Quod tamen intelligitur.] Adde, quod frater, vel consanguineus deponente in causa fratris, vel consanguinei, eius fides non diminuitur, si sit multum nota fidei, & integra uitæ. Ioann. And. & Imol. in cap. cum R. Canonico. de offi. de leg. quos sequitur Crot. in tract. de testi. numer. 85. & 86. ubi pro ista opinione allegat textum in cap. in litteris in fine de testi. & idem tenet Gigas in tract. crim. læsæ Maiest. lib. 2. tit. quomodo, & per quem q. 9. num. 7. Baiard. t. Quanta sit eis fides adhibenda.] Adde Text. vulgarem in l. 3. §. 2. ff. de Testib. Drogh. u. Successive uideamus. Boff. tit. de falsis nu. 163. Millesius in pract. num. 2. fol. 29. Suarez. commun. opi. 570. Part. q. 78. c. 3. nu. 15. & seq. ubi cap. 2. nu. 57. & sequ. tract. quid in priuilegiatis, & eos omnes exprimit. Ross. x Num. 34. in fi.] Pract. Conradi tit. de testib. nu. 6. Far. q. 678. cap. 1. idem Foll. in pract. crim. uerbo capiat informationem numer. 40. Ros. y Scias tamen] Adde Thefaurum decil. 42. & Far. q. 54. reg. 2. nu. 88. & seq. & quid de parentib. pro filijs, vel contra ibid. reg. 3. num. 145. & seqq. Quid de marito pro uxore, & de contra dict. loco regul. 4. numer. 210. De famulo, seu portitore pecuniarium, vel aliter Far. q. 60. num. 23. & seqq. De habente affectionem ad causam num. 29. Quando animo se nimis, & affectatè respondet, uel uerbosè, aut morosè, ibid. num. 33. & seqq. Quid si habeat consimilem causam, num. 41. & seqq. De aduocato num. 155. De Procuratore 196. De Administratore, & negotiorum gestore num. 261. De Tutore, curatore, executorum, et actore ad lites n. 72. & seq. De Abbate, vel Prælato num. 154. De accusatore num. 64. & seqq. De asserente uturas perfoluisse num. 77. De iudice, & arbitro num. 89. & seqq. De legatario, hered. fidei commissario num. 287. De creditore, uel debitore num. 316. De venditore, & emptore num. 325. De cedente pro cessionario, uel e contra num. 335. De donatore pro donatario. 362. De fideiussore §. 68. socio 386. Proxenetæ 406. De teste vniu. eritatis num. 450. Ros. Iulij Clari Sentent. Pract. Crimin.

135 Scias tamen, quod sunt aliqua persone.] Adde quod videndum ad hanc quaestione Foller in pract. crim. in verb. capiat informationem, num. 19. ubi late, & quod testes tunc dicuntur inuiti, quando citati ad deponendum uenerunt, & allegauerunt eorum priuilegium, petendo non esse cogendos ad deponendum, quo non obstante index compulit eos testificari; non autem quando fuerunt tantum citati, & eis fuit factum mandatū quod deponant, & illi deponuerunt non allegando priuilegium, per ea quæ tradit Alber. de Ros. in l. lege Iulia. ff. de testi. 136 Item adde, quod frater contra fratrem in maioribus criminibus, & exceptis in defectu aliatū probationum testificari cogi potest. Feder. Schen. in tract. de test. num. 3. & 4. tomo 13. Gigas in tract. de crim. læsæ maiestatis lib. 2. tit. quomodo, & per quem q. 9. nu. 3. & Mascard. de probat. concl. 462. n. 3. & concl. 857. num. 16. & 137 quando aliter veritas haberi non possit, maritus contra uxorem, & e contra cogitur testificari, Capell. Tholos. de ci. 3. & 122. tenuit Aym. in tract. de antiqui. tēp. p. 1. sectione viso de fama nu. 17. uers. licet secus in marito nu. 220. potest tamen cogi in casu de quo hic per Baiard. de quo Far. d. q. 54. nu. 221. item, & in causa heresis nu. 23. & liberi contra parentes, & pariter contra liberos Gomez. c. 12. in rub. de probat. delict. nu. 24. uers. aduertendum tamē tom. 3. Parentes non possunt cogi ad testificandum contra filios, & e contra, Far. q. 54. nu. 170. imò nec uolentes admittuntur: non procedit tamē regula, quando aliter veritas haberi non potest. 171. nec illo casu debet fieri inconsulte Prin. cipe nu. 172. admittuntur tamen in crim. læsæ Maiest. humanæ, & diuinæ, nu. 173. & 174. & Schen. in tract. de testi. nu. 31. licet contrariū ipse tenuerit, & ad effectum compellendi priuilegiatos, & coniunctos, satis esset iuramentū partis dicentis, non adfuisse alios, quam priuilegiatos, siue coniunctos, nulla tamen interueniente in contrarium coniectura, arg. c. 2. §. fi. de iuram. calum. in 6. & per ea quæ ibi Doct. & ita tradit etiam, Nau. in Man. conf. c. 25. rub. de peccatis testiū. nu. 46. fol. 410. tom. 1. 138 Item adde, quod quando filius, vel frater deponunt contra patrem, matrem, vel fratrem, uerisimile est, quod ueritatem deposuerint, & tunc in contrariū fortiores, & efficaciores probationes requiruntur Dec. in consil. 342. nu. 1. circa med. 139 Itē adde, quod testes, qui testimonij dicere non cōpelluntur, si sponte deponat, fidei non faciunt, si in scriptis non redigatur, eos uoluntariè deposuisse, quia præsumeretur, quod inuiti deposuissent, ut per Nell. in tract. de testi. uer. qualiter, n. 96. Bar. in auth. Presbiteros, num. 3. C. de episc. & Cler. & Laur. Tēn. caut.

caut. 169. & Brun. in tractat. de indicij. quæst. 2. prim. part. numer. 14.

140 Item ꝑ adde, quod absolutus, siue gratiatus, non bebet examinari post absolutionem vti testis contra socios, vt per Dec. in conf. 137. numer. 14. Baiard.

z Vidi etiam.] Farin. d. q. 62. nol. 2. limit. 11. numer. 261. Ros.

Vidi etiam plerumque 141 dubitari.] Adde, quod in dubio exceptiones contra testes non repellunt illos à principio, sed sunt referuandæ, & tunc testes qui non debent examinari, si examinantur, nullū faciunt indicium, secus vero si exceptiones non essent referuandæ per iudicem, quia tunc facerent indicium.

142 iuxta tradita per Ferret. in conf. 350. & ꝑ ita declarat procedere doct. Bart. in l. maritus, ff. de quæst. vbi dicit, articulos reprobatorios ad impediendum examen testium nominatorum admittendos esse, ne examinati faciant indicium, & ibi etiam dicitur, quod exceptio contra testes, etiam repellens ab initio, est referuanda; si requiratur aliam indaginem improbando illam, vide quæ posui infra in quæst. 53. in princ.

143 & ad hanc quæstionem, an testes, ꝑ qui non debent examinari, si examinati fuerint, faciant indicium vide omnino Brun. in tract. de indic. & tort. in q. 2. primæ part. & Gramm. in conf. 42. numer. 4 & 5. & latè etiam habetur per Mascard. de probat. concl. 1359. numer. 10.

144 Item adde, si de facto ꝑ testes inhabiles fuerunt examinati, an possint per iudicem ex officio repelli, parte non opponente. hanc quæstionem posuit Ant. de Butr. in cap. cum dilectus, il. 2. de consuet. & Gomez. de delictis cap. 12. numer. 22. vbi concludit, quod sic, quando testes sunt inhabiles ex eorū defectu, uel incapacitate, ut sunt infames, femine, & similes, quia tunc consensu tacito, uel expresso ipsius partis, contra quam producuntur, non possunt habitari, quia fauore publico prohibentur, secus tamen est, quando testes sunt inhabiles principaliter fauore partis, ut domesticus, consanguineus, inimicus, uel similis, quia tunc iudex non potest eos repellere ex officio, licet in processu constet de eorum inhabilitate, pars enim uidetur eos admittere, uel habitare.

¶ Quoniam in materia testium, & oppositionum contra eos non est, qui clarius, & dilucidus scribat, quam Farinac. libuit capita recensere, ad quem facile postea erit recurrere.

145 Accusatus pendente accusatione à testimonio repellitur q. 56. numer. 167. & hoc procedit in criminalibus numer. 170. cum declaratione 171. vtrum in criminibus exceptis admittatur nu. 173. admittitur etiã, quando accusatio esset de leui, nõ autem de graui & capitali numer. 174. non recipitur autem si sit accusatus de falso num. 176. quicquid contra dixit num. 175. potest recipi, & seorsum poni, donec ipsius accusatio expediatur in causa, & si sequatur absolutio, probabit num. 177. quod si causa, in qua fuit examinatus, expediretur ante ipsius absolutionem, vana erit eius depositio, potest tamen examinari, & admittitur eius dictum, quando accusatio malitiosè fuisse facta, ad finem, ut accusatus non deponeret contra accusatorem num. 178. Ad defensionem autem hæc non attenduntur cum admittatur ibi num. 179.

146 Adulter regulariter ferre testimonium non potest q. 56. numer. 289. quod procedit in damnato de adulterio, & in adulterio notorio, secus in occulto num. 290.

147 Aduocatus in causa, in qua est aduocatus, propter præsumptam affectionem testimonium ferre non potest, Farin. q. 60. numer. 155. nec potest cogi ad testificandum contra suum clientulum, nisi quando aliter veritas haberi non potest, probata tamen prius hac qualitate à fisco, Bertaz. conf. crim. 252. numer. 1. vbi etiam addit.

148 Apostata à religione non potest esse testis, Farinac. q. 56. numer. 444. & multo magis repellitur, si fuerit apostata fidei n. 445. & de apostatis habetur inf. per Clar. q. 77. uer. apostata.

dam fratrum de Barzaniga imputatorum de incendio, in qua Senatus permisit, q. contra ipsos examinaretur eorū mater, & super eius dicto ambo fuerunt capti, & interrogati, & cum fuissent confessi delictum, fuerunt suspensi.

23 Vidi etiam plerumq; dubitari, numquid testis, qui nõ de-

149 Blasphemator non est testis omni exceptione maior, Farinac. q. 56. numer. 414. Grammat. consil. 26. numer. 5. & Laf. Bertazz. consil. 204. numer. 10. vbi etiam in apostill. 6. & in totū in aliquibus casibus repellitur num. 415. & præsertim in casibus grauioribus, in criminalibus, matrimonialibus, & similibus, numer. 416. procedit tamen regula in blasphematore condemnato secundum aliquos nu. 417. contra quem aliqui tenent numer. 418. sed procedit etiam in non condemnato, dummodo sit publicus blasphemator, & consuetus blasphemare, aliàs secus num. 419. & seq. Secundo limitatur regula in blasphemante per iracundiam num. 224. non probat ad condemnandum tamen probat ad torquendum numer. 425. cum declaratione, de qua num. 416.

150 Calumniator de calumnia condemnatus non potest esse testis, nisi accedente arbitrio iudicis, Farinac. quæst. 56. numer. 459. & 460.

151 Cæcus potest esse testis in actione iniuriarum, Far. q. 61. numer. 25. & in his, quæ auditu percipiuntur, dummodo notas habet voces loquentium, vt falli non possit ibi, nu. 24. & 26. non tamen est in his casibus omni exceptione maior, & integre fidei num. 27. cum declaratione, de qua num. 31. vbi recensentur, qui contrarium tenuere, nec probationem in his casibus inducit, sed præsumptionem tantum num. 28. in criminalibus tamen cum distinctione, de qua ibi numer. 30. ualet tamen eius dictum, quando deponit de ijs, quæ uidit ante citationem, num. 32. probat in causa adulterij, & vbi agitur de prohibitione matrimonij num. 33. ita tamen, ut in hoc proximo casu deponat de re cadente sub sensu auditus, secus si de re cadente sub sensu uisus num. 34. & ut latius ibi per dictum Far. & in casibus non concernentibus criminales actiones.

152 Cedens bonis non potest esse testis, quia est infamis, Farinac. q. 56. numer. 448.

153 Amasius pro Amasia, & è contra non possunt esse testes, Farin. q. 54. numer. 217.

154 Colonus non repellitur à testificando pro Domino suo de consuetudine, sed bene ei minor fides adhibetur, & ita seruatur tam in causis civilibus, quàm in criminalibus. Far. q. 55. numer. 213. & 218.

155 Concubinarius regulariter à testimonio repellitur. Farin. q. 56. numer. 284. & seq. quod nedum procedit de iure civilis, sed etiam de iure canonico, tamen in clerico, quàm in laico nu. 286. & magis, quando deponit pro concubina 287. eoque magis repellitur concubinarius coniugatus num. 288.

156 Proxenetæ cogitur deponere in causa simonia, Far. q. 60. numer. 449. & quando aliter veritas haberi non potest, numer. 418 & 449.

a Examinari.] Hic aduerte contra consanguineos, quia vt repellantur, debent esse de gradu ascendentiũ, aut descendentiũ, & non transuersalium, quod intellige tam ad condemnandum, quã ad torquendũ, uide per Carrer. in pract. crim. pag. 123. col. 1. ubi etiam unum notatu dignum inquit, quod requiritur, ut testis sit omni exceptione maior ubi deponit de facto proximo, & maleficio immediato, secus vero de remotis à maleficio, quia tunc non requiruntur, quod sint omni exceptione maiores; & quod ista qualitas debet articulari, & probari, uide ibidè, pag. 123. & 124. & quæ adnotauit supra q. 21. uer. vnus testis adde ibidem omni exceptione maior. Illa tamen qualitas remittitur in subsidium, ubi aliter veritas haberi non potest, nisi per tales testes non omni exceptione maiores. Nam tunc tales inhabiles, ut mulier, meretrix, leno, impubes, & aliæ personæ inhabiles ad testificandum in criminalibus, admittuntur in subsidium, uide per eundem Carr. ibid. pag. 124. col. 1. in fi. uer. limita. Glach.

b Ego uero breuiter dico.] Nota, quomodo intelligatur indicium ad inquirendum. Hoc idem supra q. 7. uer. Habes igitur

igitur in principio, ac alibi sæpè: Discordare autem uidetur ab alijs, quæ statim supra dixit hac eadè quæstione, uerfic. sciendum in fin. ibi habetur, quod ubi certum est alios Testes non adesse, nec adesse potuisse, actu uidelicet nec potentia, admittit Senatus etiam alios inhabiles usque ad torturam; Hic uerò distinguit de Teste omnino à lege repulso, vel non: Dicit distinctionem istam procedere in casu, quo in actu tantum alius Testis adesse potuerit, adedque natura actus non repugnet, vt alius omnino Testis adesse etiam non poterit; ibi uerò loquitur in casu, in quo nullo penitus modo considerari possit Testem adesse potuisse, & sic consideratur non tantum in actu, quantum in potentia. Vide per Alexandrum consilio sexagesimo quarto, libro primo. Quem retulit Crau. de antiquo. temp. parte 1. uerfic. uiso de fama, numer. 19. & in his terminis late differit Boss. de indic. à nu. 161. cum sequ. Iterum hic casus differt ab illo, de quo habetur supra quæstione 21. uerfic. vnus Testis. Ibi enim loquitur, quando vnus tantum adest Testis, non quando duos; hic autem loquitur non tantum in vno teste, sed in pluribus, qui prorsus à lege repellantur, vel non, licet in singulari loquatur argumento, cap. in primis 11. quæst. 1. Gloss. in cap. institutum 27. quæstio. 2. Crau. in conf. 180. sub nu. 3. Bald. in sua pract. tit. Quæstiones circa probationes, quæst. 17. 158 in princip. Adde hic, quod testis, qui omnino à lege ꝑ repellitur, dicitur ille, qui est periuus, quia cum in eo deficiat fundamentum, quod est fides, idè repellitur, teste Andr. Alcia. Tractatu de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 10. numer. 3. in q. 53. in princip. supra quæstionem 21. uerficulo scias tamen ad finem, Crau. consil. 6. numer. 16. Ludouicus Saccus inter consilia criminali. conf. 99. numer. 24. vol. 1. At semper, & omni in casu di-

ctum confirmatum in tormētis supplet omnem defectum testium, supra in §. falsum, uerficulo subornans, dixi supra ad quæstionem 21. uerficulo vnus testis ibi, & huiusmodi testis; At quoad inquirendum, & inquisitionem transmittendum supra q. 20. per totam. Drog.

c Parte nihil opponente.] Adde rationem, quia non opponente parte, quæ impedire poterat, contentire uideretur, vt not. Dyn. in reg. qui tacet, in principio, de reg. in. in sexto, per text. in cap. primo, de accus. in 6. Aym. Crau. tract. de antiquo. tempo. par. 1. uerficulo ulterius scias ad med. q. 13. uerfic. 1. post med. q. 15. uerfic. sed pone. Vide Menoch. de arbit. iud. lib. 2. centur. 3. cas. 239. maxime sub numero 3. & lib. 1. q. 33. numer. 3. in fin. & libro 2. cent. 4. cas. 315. numer. 2. vbi multa inuenies, quæ tribuunt parti opponenti, & contradicenti cas. 340. sub numero vndecimo. Plot. in l. si quando, §. 4. sub numero 24. fo. io mibi 39. C. vnde vi. Crau. consil. 65. numero secundo, vbi pulchre, & consil. 150. per totum, & conf. 153. sub numero 4. vbi licet, petitio generalis admittatur parte non opponente, illa tamen ex post venit declaranda, consilio 230. numero quinto, alia ad hanc materiam concernentia, uidelicet parte non opponente, uide apud Franciscum Herculatum Tract. Quis teneatur probare negatiuam, sub numero 283. dixi infra ad q. 46. uerf. plerumque. Drog.

d Inducium.] Tu uide per Bartol. in l. maritus, sub num. 3. ff. de q. vbi plene, sed plenius per Carrer. vbi supra, ad quos recurrere. Adde etiam, & uide additio. ad Pract. Papiens. titul. inquisitio. Gloss. 1. additio. cap. testes, vbi pro, & contra allegat Bart. & in fin. allegat Bart. d. l. maritus contrarietates reducentem ad concordiam, vt ibid. Glach.

QVÆSTIO XXV.

Testes an in aliquibus casibus torquendi sint.

S V M M A R I A.

Ex Claro.

- 1 Testes quando in causis criminalibus torqueri debent.
 - 2 Et quid si sint infames.
 - 3 Et quid si sint socij criminis, remissive.
 - 4 Et quid si sint varij.
 - 5 Et quid in clericis.
 - 6 Et quid in constitutis in dignitate.
 - 7 Et quid si testis dixit vnum extra iudicium, & postea contrarium in iudicio.
 - 8 Et quid si sit utilis persona.
 - 9 Et quid si interfuit delicto, & dicit se non uidisse.
 - 10 Et an testibus torquendis danda sit copia indiciorum.
- Ex Additionibus.
- 1 Testes, qui non debent admitti sine tortura, si fuerint de facto admissi, non probant.
 - 2 Testes quomodo possunt torqueri, remiss.
 - 3 Testes non debent torqueri, nisi postquam fuerit reus examinatus.
 - 4 Testis tortus debet ratificare.
 - 5 Testis varius non torquetur, si in secunda examine allegat causam rationalem.
 - 6 Testis an sit torquendus, remittitur arbitrio iudicis, nec disputatur cum Aduocato.
 - 7 Et poterit torqueri tam in inquisitione generali, sicut in speciali.

Iulij Clari Sentent. Pract. Crimina.

- 8 Testis inhabilis potest torqueri, licet sit clericus.
- 9 Testes non torquentur ante l. tem contestatam.
- 10 Torturam quando infertur ad validitatem testimonij, debet pars citari, & ea presente iuramentum deferri.
- 11 Testis, qui non faceret indicium, non torquetur.
- 12 Falsarius non recipitur in testem, etiam contra falsarium, quid tamen limitatur, vt ibi.
- 13 Variatio, & vacillatio quæ dicatur, & quomodo sit scribenda, remissive.
- 14 Testis varius potest arbitrariè puniri.
- 15 Testis varius in causa civilis potest torqueri.
- 16 Testium modica varietas non nocet.
- 17 Testes sufficit concordare in facto principali. Limita nisi agatur de probanda re ueruali, ueluti confessione.
- 18 Testis varius torquetur, licet sit rusticus. Quod tamen remittitur arbitrio iudicis.
- 19 Doctor examinatus vt testis, licet sit varius, non torquetur.
- 20 Testium variatio debet precedere torturam.
- 21 Testis contrarius quando torqueatur, remissive.
- 22 Et quid de teste uili.
- 23 Vilis quis sit, remittitur arbitrio iudicis.
- 24 Testis uilis in graui causa testificari non potest.
- 25 Berroarij an, & quando probent, & admittantur, & repellantur in testes.
- 26 Testis uilis non repellitur deponens de gestis a seipso.
- 27 Testis uilis sciens factum, & nolens reuelare, potest absque indicij torqueri.
- 28 Testis, qui interfuit delicto, & negat uidisse, uel audiuisse, quando possit torqueri.
- 29 Et an præsumatur uidisse, uel audiuisse, remissive.
- 30 Testis conuictus de mendacio ex dicto alterius dignioris, licet solius, torqueri potest.
- 31 Testis liber homo nõ torquetur, nisi vacillet, uel præsumatur scire id, quod negat, & sponte accedat ad testimonium.

B b 2 Testis